



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -  
Cum Indicibus

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1674**

Cap. X. Ad cap. 1. & 2.x. de Filiis Presbyt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10241**

## CAP. X.

Ad cap. I. &amp; 2. x. de Filiis Presbyt.

## S U M M A R I A.

1. *Decretalis*, pars concilii Pi-  
ctaviensis. Ex insinuatione.  
clav.
2. *De capitulo secundo*. Lincol-  
niâ, urbs Episcopal. Re-  
migdius, quis.
3. *Capit. 2. pars capituli*. Ex in-  
sinatione.
4. *R. Sigla*, quem designet.
5. *Textus enarratur, ex compila-  
tione primâ, & confertur cum  
Raymundo.*

**C**apitulum 1. est pars decreti concilii Pictaviensis, quod in *Cap. 4.* causâ Philippi Francorum Regis ad pristinam adulteram Bertradam redeuntis tempore Paschalis Papæ II. celebratum anno 1100. Vide Ivonem epist. 137. Baronum *ad annum* 1100. *a. n. 19.*

Capitulum 2. est Alexandri III. ad Lincolnensem electum. *Cap. 2.* Lincolnia veteribus Lindocolnia urbs episcopal Angliæ, sub Ar-  
chiepiscopo Cantuariensi. Sedes Episcopalis huc translata est ex villa Dorcestriâ per Remigium ex Fiscanensi in Normaniâ monacho Episcopum. Est pars capituli, *Ex insinuatione. de jure Patronatus.* R. Presbyter forte Remigium denotat, non Reim. neque Rog, ait Ant. August. Unum MStum Salanum Robertum nominat. Textus ita incipit in primâ compilatione: Ex insinuatione Prioris & Fratrum de Marcellinæ auribus nostris innotuit, quod R. Presbyter, tacitâ veritate, quod esset filius S. per fraudem i. a. n. u. i. E. de Bileshi, (alii de Bilesbi, de Blisebi Barcinon. de Lesbi Tarragonensis.) q. p. e. m. c. e. quia vero fraus sive dolus nulli debet præstare patrocinium. d. t. id est discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus) per A. f. m. qua infrâ XL. (alii LX.) dies post harum susceptionem literarum rei veritatem inquiras diligenter, & si tibi c. q. m. R. f. i. f. g. & q. P. ejus i. e. m. n. o. literis n. i. exinde omni oc. & ap. cess. (id est, omni occasione & appellatione cessante,) amoyeas.

C

CAP.